

Synodus Basiliens. Sigismundo Duci Lituanie.

543.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliens^{is} in Spiritu Sancto legitime
 congregata universalem Ecclesiam representans. Dilecto Ecclesie Filio
 Nobili Viro Sigismundo Duci Magnae Lithuanie et Russie salutem
 et Omnipotentis Dei Benedictionem. Benigno, Illa tibi conceden-
 da favore perque sicut pie desiderare videris, conscientie pacem, et
 salutem anime Deo propitio consequi valeas, et spiritualis salutis
 tibi proveniat augmentum. Hinc est quod Nos tuis supplicationibus
 inclinati ut aliquem idoneum et discretum Presbiterum, in tuum possis
 eligere Confessorem, qui quoties tibi fuerit opportunum confessione
 tua diligenter audita pro commissis tibi debitam absolutionem im-
 pendere ac penitentiam salutarem injungere, vota vero peregrinatio-
 nis, et abstinence que omisit, et commode observare non potes, in
 alia Pietatis opera commutare valeas, nisi forsan talia fuerint pro-
 pterque Sedes Apostolica sit merito consulenda. Adque ellipsam an-
 tequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, et etiam per Ho-
 ram post meridiam cum qualitas negotiationum pro tempore ingruentium
 id argerit liceat tibi per proprium vel alium Sacerdotem idoneum fa-
 cere celebrari. Ita quod nec id tibi, nec Sacerdoti taliter celebranti ad
 culpam valeat imputari, adque etiam per se male oblata, sive extorta,
 dummodo notitiam illorum, quibus esset satisfactio impendenda, habere
 non possis, ad Divinum cultum et in alia similia Pietatis opera, ju-
 ta eorundem Confessorum consilium convertere valeas, devotioni tue
 auctoritate universalis Ecclesie tenore presentium, de speciali gratia
 indulgemus, proviso quod parum hujusmodi concessione, etiam ante
 Diem ultimum, quia cum in altaris Offitio immoletur Dominus, Postquam
 Dei Filius, Jesus Christus, qui tandem est lucis eterna, conquirit hoc non
 noctis tempore fieri, sed in luce, nulli ergo omnino hominum liceat hanc
 paginam Nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire,
 si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis
 Dei et universalis Ecclesie se noverit incursum. Datum Basiliens^{is}.
 XII. Idus Septembris. Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo
 Trigesimo Nono. Apostolica Sede vacante.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

1